



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE  
**BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ  
دار الصحافة التابعة للكرسى الرسولي BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ

N. 0301

Sabato 10.06.2006

**LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE A SINGAPORE, NEL XXV ANNIVERSARIO DELLE RELAZIONI DIPLOMATICHE CON LA SANTA SEDE (21-23 GIUGNO 2006)**

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE A SINGAPORE, NEL XXV ANNIVERSARIO DELLE RELAZIONI DIPLOMATICHE CON LA SANTA SEDE (21-23 GIUGNO 2006)

In data 1° aprile 2006, il Santo Padre Benedetto XVI ha nominato l'Em.mo Card. Renato Raffaele Martino, Presidente del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace e del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti, Suo Inviato Speciale a Singapore, dal 21 al 23 giugno 2006, nel XXV anniversario delle relazioni diplomatiche con la Santa Sede.

La Missione che accompagnerà l'Inviato Speciale è composta dai seguenti Ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Eugene Vaz, Vicario Generale dell'Arcidiocesi di Singapore;
- Rev.do Sacerdote Patrick Goh, Cancelliere dell'Arcidiocesi di Singapore;
- Rev.do Mons. Brian Udaigwe, Consigliere della Nunziatura Apostolica a Singapore;
- Rev.do Mons. John John Kallarackal, Segretario della Nunziatura Apostolica a Singapore.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. Renato R. Martino:

**● LETTERA DEL SANTO PADRE**

Venerabili Fratri Nostro  
RENATO RAPHAELI S.R.E. Cardinali MARTINO

Quintus et vicesimus feliciter appetit annus ex quo tempore legationes seu diplomaticae rationes inter Singapurae Nationem et Apostolicam Sedem sunt initae. Utraque igitur tutum felixque ingressa videtur iter, ut, bene iuvante Domino, uberem profectum futurum in aevum assequatur. Nec silendum arbitramur de quattuor

exactis lustris, cum veneratus Decessor Noster Ioannes Paulus II Singapuranam gentem invisit eamque ad humanum religiosumque progressum incitavit. Ceterum Congressus Asiae Missionalis iam prospectatur, qui renovatam vim afferet Evangelio populis illis nuntiando, ut inibi quoque Salvatoris verba ac dona late diffundantur.

Convenit igitur ac permagni refert ut eventus hi congruenter commemorentur et optimo iure extollantur. Celebratio enim haec copiam dat et facultatem non harum rerum solum memoriam repetendi, verum animos ad ferventiores religionis sensum permovendi, ad concordiam pacemque conciliandam, pro cognito cum habeamus Ecclesiam Catholicam suam praestaturam operam ut cunctis ibidem hominibus salutaria beneficia obveniant.

Peropportune igitur mensis Iunii, XXI-XXIII diebus, sollemnes erunt celebrationes et eucharistica liturgia, totam affientes ecclesialem communitatem. Ut hae convenienti cum sollemnitate evolvantur et absolvantur spectatum Missum destinare studemus, qui personam Nostram gerat vocemque simul significet. Quocirca pergrandi permoti animi affectione te, Venerabilis Frater Noster, cuius apud Nos congrua est auctoritas et aestimatio, Missum Extraordinarium constituimus, ut commemorationibus quas supra diximus intersis ipsaque verba Nostra proferas, unde cuncti novum animum suscipient ad rectas semitas firmius in dies tenendas.

Universis igitur participibus hominibusque inibi cunctis voluntatem Nostram benignam ostendes Nostrumque pariter animum gratum de Pontificatus iam circumacto anno. Nostro demum nomine atque auctoritate Benedictionem Apostolicam impertas velimus, quae sit animorum renovationis signum et supernarum gratiarum complementum.

Ex Aedibus Vaticanis, die XVIII mensis Maii, anno MMVI, Pontificatus Nostri secundo.

BENEDICTUS PP. XVI

[00891-07.02] [Testo originale: Latino]

---